

JOURNAL
für
ORNITHOLOGIE.

Achtundzwanzigster Jahrgang.

№ 151.

Juli.

1880.

Avium Provinciae Petropolitanae Enumeratio.

~~~~~  
Aufzählung

der in der Provinz Petersburg beobachteten Vögel.

Von

**Prof. Dr. J. F. v. Brandt.**

(Weiland Staats-Rath und Academiker in St. Petersburg.)

[Im verflossenen Jahre raubte der Tod unserem Journale einen seiner ältesten Gönner und Mitarbeiter. Das Ornithol. Centralblatt brachte in No. 17 vom 1. September 1879 den Nekrolog des auch um die Ornithologie hochverdienten Altmeisters Johann Friedrich von Brandt. Aus seinen hinterlassenen Manuscripten wurde uns die folgende Zusammenstellung zum Abdruck im Journal wohlwollendst übermittelt. Leider war es dem Verfasser nicht vergönnt, seine Arbeit zu vollendetem Abschlusse zu bringen; aber in der vorliegenden Form ist sie dennoch schon die bei weitem beste, welche über das Vorkommen der Vögel im Umkreise von Petersburg zur Kenntniss gelangt. Sie wird späteren Forschungen als sichere Grundlage dienen und glauben wir das Richtige zu treffen, wenn wir das Manuscript so, wie es vorliegt, ohne jeden Zusatz oder vermeintliche Verbesserung zum Abdruck bringen. Der Herausgeber.]

*RAPACES DIURNAE.*

Genus *Falco* Linn.

1. *Falco subbuteo* Linn. — Julio Kalamjaga. Graf. Spec. 6.
2. *Falco peregrinus* Briss. — Augusto Christowski. Graf. Spec. 3.
3. *Falco aesalon* Gm. — Aprili Smolensköe pole. 2 Spec. Graf.

4. *Falco vespertinus* Linn. — *F. rufipes* Beseke. — Octobre 1833 specimen unicum decem annorum spatio prope Kalamjaga a Grafo occisum.

5. *Falco tinnunculus* Linn. — Quatuor specimina a Grafo prope Kalamjaga et in insula Petroffski 1835 et 1837 occisa.

Genus *Pandion* Savigny.

6. *Pandion Haliaëtos* Linn. — A Grafo non necatus. Sed servatur specimen Petropolitanum in Museo Academico.

Genus *Pernis* Cuv.

7. *Pernis apivorus* Linn. Willughb. — Grafius hujus speciei in catalogo haud mentionem facit, servatur autem specimen in Museo Academico prope Petropolin occisum. Kesslerus quoque hance speciem prope Petropolin observasse (Ecneomb. Ucm. Kiebek. Yreon. okpyra) commemorat. — In universum tantum prope Petropolium rarius occurrere videtur. Viginti enim annorum spatio in laboratorio zoologico nonnulla 3—4 individua videre tantum licuit.

Genus *Buteo* Bechst.

Spec. 8. *Buteo vulgaris* Bechst. Linn. — Grafo teste quotannis 5—6 specimina aestate occidere contigit in variis regionibus Petropolitanis.

Genus *Archibuteo*.

Spec. 9. *Archibuteo lagopus* Brünn. — A Grafo quidem haud occisus. In Museo Academico tamen servatur specimen.

Genus *Aquila* Briss.

Spec. 10. *Aquila chrysaëtos* Linn. — *A. fulvus* Linn. — Specimen eximium prope Petropolin occisum in Museo Academico servatur. Grafius haud enumerat.

Genus *Haliaëtos* Savigny.

Spec. 11. *Haliaëtos albicilla* Briss. — *A. ossifraga* Briss. — Prope Narvam obtinuit Grafius specimina tria. In ditone Petropolitana ceterum haud raro occurrit.

Genus *Astur* Cuv.

Spec. 12. *Astur palumbarius* Linn. Cuv. — Grafius specimina duo ab ipso prope Konnam et in Lachta decem annorum spatio occisa commemorat.

---

\*) Observ. Wrightius Helsingf. trakt. Fogelfauna sub. n. 7 et 8 *Falconem chrysaëtum* et *fulvum* et sub. n. 10 *F. ossifragum* et *albicillam* distinxit.

Spec. 13. *Astur nisus* Linn. — In provincia Petropolitana Grafo teste quotannis specimina plura sunt occisa aestate.

Genus *Circus* Briss.

Spec. 14. *Circus cyaneus* Linn. — Grafius anno 1837 Octobre mense specimen unicum prope Zorskoie Selo nactus est. Prope Helsingforsum Wrightio teste (l. l. n. 15) nostra species parites rarius observatur.

### RAPACES NOCTURNAE.

Genus *Surnia* Dum.

Spec. 15. *Surnia passerina* Linn. — *Str. pygmaea* Bechst. — Grafius decem annorum spatio specimina bina obtinuit. In Museo Academico servatur specimen eximium prope Petropolin occisum. Wrightius l. l. n. 18 Surniam passerinam avibus prope Helsingforsium rarius observandis adnumerat.

Spec. 16. *Surnia funerea* Lath. — *Str. nisoria* Meyer et Wolf. — *St. dolata* Pall. — Annis 1833, 1837 et 1838 Grafius prope Petropolin (Kalamjagam etc.) plura specimina occidit Octobre, Novembre et Decembre mense, quatuor annorum spatio vero avem nostram indagare haud valuit. Museum Academicum variis annis, sed non quotannis Surniae funereae specimina acquirere potuit. Prope Helsingforsium Wrightius l. l. n. 17. seriore autumno observavit.

Spec. 17. *Nyctea nivea* Thunb. — *Strix nyctea* Linn. — Grafius 1834 Decembre mense in insula Christofski specimen unum occidit et specimina viva bina in foro aviario Petropolitano obtinuit. *Strix nyctea* caeterum prope Petropolin quotannis minime apparere videtur. Wrightius quoque annotavit prope Helsingforsium casu quodam esse inventam, ita quidem ut ante plures annos plura specimina ibi sint occisa.

Genus *Nyctale* Brehm.

Spec. 18. *Nyctale Tengmalmi* J. F. Gm. — Quotannis fere Grafo unum vel plura specimina occidere contigit. Museo Academico pariter plura specimina sunt allata — Secundum Wrigthium (l. l. n. 24) species nostra autumno ad hiemem usque prope Helsingforsium vulgaris est. — Num forsitan e magis borealibus advola?

Genus *Bubo* Cuv.

Spec. 19. *Bubo maximus* Ranz. Sibb. — Grafius quotannis plura specimina obtinuit. Avis nostra ceterum non solum in

insula Petrowski est occisa, sed in ipsa urbe capta et Museo Academico ab Amic. collega Prof. Blum donata. Prope Helsingfors magis in sylvis est observatus Wright. l. c. n. 19.

Genus *Aegolius* Keys. Blas.

Spec. 20. *Aegolius brachyotus* Forst. — *Str. Aegolius* et *Str. accipitrina* Pall. It. — Prope Petropolin quotannis satis frequenter occiditur. Wrightius ait autumnali tempore prope Helsingforsium rarius occurrere l. l. n. 21. Museum Academicum plura specimina obtinuit.

Spec. 21. *Aegolius Otus* Linn. — Nec Grafius nec Museum Academicum acquirere *Otum* hucusque potuerunt, quum autem, semel omnino tantum, specimen unum prope Helsingforsum Wrightio autore sit autumno observatum provincia Petropolitana hacce ave vix prorsus carere videtur.

Genus *Ulula* Cuv.

Spec. 22. *Ulula lapponica* Sparrm. -- *Str. barbata* Pall. Zoogr. — Haecce species annis quibusdam tantum in provincia Petropolitana hospitare videtur. Anno 1835 et 1837 tantum decem annorum spatio Grafius specimina duo acquirere valuit. Museum Petropolitanum unicum impetravit. Etiam prope Helsingforsium (in Esboçarle) anno 1846 specimen unicum tantum est occisum.

Spec. 23. *Ulula uvalensis* Pall. — *Strix uvalensis* Pall. itiner. — In provincia Petropolitana rarius hospitare videtur. Museum Academicum et Grafius specimina singula ibi occisa possident. Wrightius hancce speciem avibus prope Helsingforsum raris adnumerat (l. l. n. 23).

Spec. 24. *Ulula Aluco*. — Prope Petropolin quotannis satis magna copia reperta a Wrightio inter aves prope Helsingfors obvias haud commemorata. Museum Academicum e provincia Petropolitana et varietatem grisescentem et rufescente brunneam possidet.

Ordo II SCANSORES.

FAM. CYPSELIDAE.

Genus *Cypselus* Ill.

Spec. 25. *Cypselus apus* Linn. — *Hirundo apus* Linn. — Specimen hujus avis Petropolitanum in Museo Academico servatur. Prope Helsingforsum Majo mense apparet in domibus et sylvis nidificaturus (Wright. l. l. n. 45).

Genus *Caprimulgus*.

Spec. 26. *Caprimulgus europaeus* Linn. — Avis in Petropolitana provincia secundum Grafi et proprias observationes haud rara, etiam prope Helsingforsum vulgaris (Wright. l. l. n. 44).

## FAM. CUCULIDAE.

Genus *Cuculus* Linn.

Spec. 27. *Cuculus canorus* Linn. — Circa Petropolin vulgaris Maji initio et quidem primis diebus adveniens. Prope Helsingforsum pariter vulgaris Majique die 12 circiter adveniens.

## FAM. PICINAE.

Genus *Jynx* Linn.

Spec. 28. *Jynx torquilla* Linn. — Prope Petropolin rarior, ita ut Grafius decem annorum spatio specimina duo tantum acquirere potuerit. Prope Helsingfors autem autore Wrightio (l. l. n. 32) vulgaris.

Genus *Picus* Linn.Subgenus A. *Gecinus* Boie.

Spec. 29. *Picus viridis* Linn. -- In provincia Petropolitana a Grafi rarissime observatus Sadelin (Faun. fenn. p. 20. n. 1) avibus Fennicis adnumeravit, in enumeratione avium prope Helsingfors viventium a Wrightio edita vero nec non in Fennicarum avium Societatis Fennicae Enumeratione (Förteckning) deest.

Spec. 30. *Picus canus* Gm. -- *Picus chloris* Pall. — In provincia Petropolitana non admodum frequens; in Fennia pariter satis rarus (Wright. l. l. n. 27).

Subgenus B. *Dryocopus* Boie.

Spec. 31. *Picus Martius* Linn. — In provincia Petropolitana satis frequens (Graf, Brandt) in Fennia vulgaris (Wright. n. 26).

Subgenus C. *Picus*.

Spec. 32. *Picus leuconotus* Bechst. — *Picus Cirris* Pall. Zoogr. — Prope Petropolin haud rarus, prope Helsingfors vero Wrightio (l. l. n. 28) teste, satis rarus.

Spec. 33. *Picus major* Linn. — *Picus Cissa* Pall. — Non solum in provincia Petropolitana (Graf, Brandt), sed etiam in Fennia (Wright. n. 29) specierum vulgatissima.

Spec. 34. *Picus medius* Linn. — *Picus Cynaedus* Pall. — Grafius prope Petropolin comunem esse refert. — In Fenniae avium enumerationibus deest.

Spec. 35. *Picus minor* Linn. — *Picus pipra* Pall. — In Petropolitana provincia (Graf, Brandt) nec non in Fennia (Wright.) satis rarus.

Subgenus *Apternus* Swainson.

Spec. 36. *Picus tridactylus* Linn. — In Provincia Petropolitana nec non in Fennia haud vulgaris.

FAM. *ALCEDINIDAE*.

Genus *Coracias* Linn.

Spec. 37. *Coracias garrula* Linn. — In Provincia Petropolitana interdum occurrit (Brandt). In Fennia pariter rara (Wright. l. l. n. 42).

FAM. *UPUPINAE*.

Genus *Upupa* Linn.

Spec. 38. *Upupa epops* Linn. — Sadelinus Upupam Faunae Fennicae p. 20 adscripsit, apud Wright et in Societatis Fennicae Catalogo vero deest. — Dr. Hoeffner longo (fere triginta) annorum spatio semel tantum in Provincia Petropolitana observavit.

Ordo III. *OSCINES*.

FAM. *ALAUDINAE*.

Genus *Alauda* Linn.

Spec. 39. *Alauda arvensis* Linn. — Prope Petropolin his illisve locis. Prope Helsingfors apparet plerumque initio mensis Aprilis et migrat Octobre.

Spec. 40. *Alauda alpestris* Linn. — Apparet interdum prope Petropolin, Brandt. Annis quibusdam (1837) etiam in Fennia visa, sed annorum nonnullorum spatio recentioribus nominatim temporibus non amplius observata (Wright l. l. n. 89).

Spec. 41. *Alauda arborea* Linn. — Teste Grafio prope Petropolin haud rara. — Wrightio teste (l. l. n. 88) veris initio paria nonnulla per 8—14 dies prope Helsingfors versantur et occidentem versus (Uskila) nidificant.

FAM. *FRINGILLINAE*.

Genus *Plectrophanus* Meyer.

Spec. 42. *Pl. nivalis* Linn. — Hiemali tempore Petropoli vulgaris sicuti in aliis regionibus finitimis.

Observ. *Plectrophanes lapponica* in Fennia prope Helsingfors 1847 semel occisa et prope Kopio gregatim semel observata in Provincia Petropolitana, quantum scio nondum visa.

Genus *Emberiza* Linn.

Spec. 43. *Emberiza citrinella* Linn. — Prope Petropolin aestate at hieme vulgaris. Hieme adeo in ipsa urbe.

Spec. 44. *Emberiza schoeniclus* Linn. — Prope Petropolin a Grafo occisus. Prope Helsingfors in peregrinatione rarius observatus.

Genus *Passer* Pall. Raj.

Spec. 45. *Passer montanus* Linn. — Quum etiamsi rarius apud Helsingfors (Wright l. l. n. 96) occurrat, provinciae Petropolitanae vix deest.

Spec. 46. *Passer domesticus* Linn. Pall. — In tota Provincia Petropolitana et in ipsa metropoli frequentissimus et quoad colorem varius.

Genus *Pyrrhula* Briss. Pall.

Spec. 47. *Pyrrhula rubicilla* Pall. Zoogr. — *Loxia pyrrhula* Linn. — *Pyrrhula vulgaris* var. auct. — Vere et autumnno saltem in provincia Petropolitana vulgaris et haud raro cibo destinatus ita quidem ut in foro aviario Petropolitano hiemis initio adhuc specimina occisa observare licet. Avis ceterum in caveis frequenter aliter. Color ruber quo pectus ornatus in captis facile evanescit. Cannabis Seminibus diutius nutrita specimina colorem nigricantem vel fere nigrum assumunt, quod quidem etiam in specie sequente cum Menetriesio observavi.

Spec. 48. *Pyrrhula erythrina* Pall. — In provincia Petropolitana non solum, sed in ipsa metropoli his illisve locis, sicuti etiam prope Helsingfors (secundum Wright l. l. n. 106) nidificat. Wrightio teste ceterum prope Helsingfors Maji fine vel adeo initio Juni demum apparere et citius migrare dicitur.

Subgenus *Corythus* Cuv.

Spec. 49. *Pyrrhula Eucleator* Linn. Cuv. — *Loxia psittacea* Pall. — In provincia Petropolitana sero autumnno quotannis, sed pro singulis annis rarius vel frequentius invenitur et comeditur.

Genus *Fringilla*.Subgenus *Acanthis* Meyer.

Spec. 50. *Fringilla Spinus* Linn. — Avicula in provincia Petropolitana praesertim autumnno magna copia obvia, quae ex parte adeo sicuti etiam prope Helsingfors ut videtur hibernare et in caveis frequentissime alitur.

Spec. 51. *Fringilla carduelis* Linn. — In provincia Petro-

politana ante cedente multo rarior, sed in caveis pariter nutritus. Wrightio teste l. l. n. 104 prope Helsingfors anno 1845 demum observatus a Sadelino ceterum jam (Faun. p. 30, n. 7) avibus Fennicis adscripta Grafius specimen unicum tantum in foro aviario visum et emtum enumerat.

Spec. 52. *Fringilla linaria* Linn. — *Linaria rubra* Gesn. — Vere et autumnali tempore praesertim frequentissima, in caveis saepissime nutrita. Prope Helsingfors (Wright l. l. n. 102) anno 1846—1847 ex parte hibernarunt.

Subgenus *Linota* Bonap.

Spec. 53. *Fringilla cannabina* Linn. — *Passer papaverina* Pall. — In provincia Petropolitana haud rara. Prope Helsingfors primo vere apparet et sero autumnum migrat Wright l. l. n. 100.

Spec. 54. *Fringilla flavirostris* Linn. — *Fringilla montium* Gm. L. S. — In Provincia Petropolitana rarius tantum hucusque nominatim ab Hoeffnero observata. Wrightius l. l. p. 101 annotat Specimen primum 21. Aprili anni 1842 prope Helsingfors fuisse occisum et deinde Januario et Februario anni 1846 specimina esse necata.

Spec. 55. *Fringilla citrinella* Linn. — In avium Fennicarum enumerationibus deest, Grafius tamen in catalogo mihi communicato inter aves Petropolitanas enumerat.

Spec. 56. *Fringilla Chloris* Linn. — In provincia Petropolitana haud rara. Prope Helsingfors saepius et quidem variis anni temporibus observata (Wright l. l. n. 97).

Subgenus *Fringilla*.

Spec. 57. *Fringilla montifringilla* Linn. — Prope Petropolin haud rara. Adnotante Wrightio (l. l. n. 99) prope Helsingfors vere et autumnum est observata ita ut perplura specimina adeo hibernaverint et Sorbi baccis nutrentur.

Spec. 58. *Fringilla coelebs* Linn. — *Passer spiza* Pall. — In provincia Petropolitana in sylvis et hortis frequentissima. Prope Helsingfors primo Aprilis dimidio apparet et ad Decembrem usque restat. Vestimentum hiemale perfectum Novembre demum observatur (Wright l. l. n. 98).

Genus *Coccothraustes* Briss. Pall.

Spec. 59. *Coccothraustes vulgaris* Pall. — *Loxia Coccothraustes* Linn. — Prope Petropolin rarius Aprili vel Majo apparet. Hoeffnerus semel tantum vidit. Museum Academicum specimen

Petropoli emtum possidet. Wrightio teste (l. l. n. 94) 16. Decembre 1843 specimen unicum prope Helsingfors est occisum. Serius ibidem occidit duo specimina 25 Majo in horto Botanico Helsingforsiano Arthur Nordmann.

Genus *Loxia* Linn.

Spec. 60. *Loxia curvirostra* Linn. — Pro variis annis majori vel maxima copia prope Petropolin ubi ex parte etiam nidificat, apparet et cibo destinata in foro aviario exposita invenitur. In caveis nutritarum marium color ruber in flavum transit.

Spec. 61. *Loxia Pityopsittacus* Bechst. — Haece avis a me Faunae Rossicae cum sequente specie primum vindicata *L. curvirostra* rarius quidem attamen satis frequenter observatur.

Spec. 62. *Loxia leucoptera* Gm. — *A. taenioptera* Glog. — In ditone Petropolitana rarissime apparet, nonnulla tamen specimina observare contigit, quorum unum ab ipso Grafo prope metropolin occisum. — Wrightius prope Helsingfors captam esse refert.

FAM. PARINAE.

Genus *Parus* Linn.

Subgenus *Mecistura* Leach.

Spec. 63. *Parus caudatus* Linn. — In Provincia Petropolitana sparsim obvius. A Wrightio Helsingforsii migrationis tempore observatus.

Subgenus *Parus*.

Spec. 64. *Parus major* Linn. — *Parus Fringillago* Pall. — Prope Petropolin haud rarus et vivus in foro aviario observandus. Prope Helsingfors Parorum vulgatissima species gelationibus primis consequutis sylvas deserens. Wright. l. l. n. 80.

Spec. 65. *Parus coeruleus* Linn. — Specie antecedente minus frequens. Prope Helsingfors a Wrightio migrationis tempore observatus.

Spec. 66. *Parus cyanus* Pall. — Pallasius *Parum cyanum* prope Petropolin observatum esse exhibet, ubi, quantum scio, recentioribus temporibus nemo reperit. — Sadelin (Faun. p. 33, n. 6) utpote avem ex Rossia advenam enumeravit. In avium Fennicarum catalogo Societatis nec non in Wrightii avium prope Helsingfors obviarum enumeratione deest.

Spec. 67. *Parus ater* Linn. — *Parus carbonarius* Pall. —

Prope Petropolin sparsim nec non in Fennia minus frequenti copia observatus.

Spec. 68. *Parus palustris* Linn. — Species in Provincia Petropolitana non solum, sed etiam in Fennia frequenter (Wright. l. l. n. 84) observata.

Observ. *Parus borealis* Selys et *sibiricus* Gmel. quantum scio in ditione Petropolitana nondum observati, etiamsi in catalogo Societatis Fennicae p. 11 *P. sibiricus* sit enumeratus.

Spec. 69. *Parus cristatus* Linn. — In provincia Petropolitana haud ita rarus, prope Helsingfors autore Wright. (l. l. n. 83) vulgaris.

#### Genus *Sitta* Linn.

Spec. 70. *Sitta europaea* Linn. — In provincia Petropolitana rarissima, ita ut Grafius decem annorum spatio duo specimina tantum acquirere potuerit. Fennicis avibus nec a Sadelino et Societatis Fennicae catalogo nec a Wrightio adscripta.

#### Genus *Bombycilla* Briss.

Spec. 71. *Bombycilla Garrula* Linn. — Prope Petropolin variis annis Octobre et Novembre plus minusve vulgaris et in foro aviario Petropolitano magna vel minore copia cibi instar exposita. Hieme anni 1846—1847 Helsingforsii numerus minor inveniebatur, sed individua ad 21 Martis diem ibi comorabant.

#### FAM. CORVINAE.

#### Genus *Garrulus* Briss.

Spec. 72. *Garrulus infaustus* Linn. — *Corvus minimus* Pall. — In provincia Petropolitana haud raro observatus et secundum Hoeffnerum, qui nidum invenit, adeo nidificans. In Fennia a variis ornithologis et ornithophilis visus (cf. Sadel. Faun. p. 19, n. 8, Förteckn. p. 10).

Spec. 73. *Garrulus glandarius* Linn. Briss. — Prope Petropolin haud rarus. Prope Helsingfors (Wright. l. l. n. 41) adeo autumno vulgaris.

#### Genus *Nucifraga* Briss.

Spec. 74. *Nucifraga caryocatactes* Linn. — Prope Petropolin quotannis? autumno? apparet. — Inter Fenniae aves jam a Sadelino p. 18, n. 7, commemorata, sed teste Wright prope Helsingfors 1844 demum visa eodemque anno in Fennia frequentissime observata.

Genus *Pica* Linn.

Spec. 75. *Pica caudata* Linn. — In provincia Petropolitana frequentissima et avibus Fennicis vulgaribus a Wrightio (l. l. n. 40) adnumerata.

Genus *Corvus* Linn.Subgenus *Monedula*.

Spec. 76. *Corvus Monedula* Linn. — Nonsolum in provincia Petropolitana, sed etiam in ipsa metropoli frequentissima solitaria et gregaria avibus minoribus eorumque ovis et pullis imo adeo columbis infesta. Prope Helsingfors teste Wrightio rarior.

Subgenus *Corvus*.

Spec. 77. *Corvus Cornix* Linn. — Petropoli et in regionibus confinibus frequentissima. Prope Helsingfors hieme rarior, quum autumno greges numerosi in Sueciam transmigrare dicantur, procella adversa exoriente ex parte ab undis interdum devorati.

Spec. 78. *Corvus Corax* Linn. — In provincia Petropolitana nec non prope Helsingfors (Wright. l. l. n. 36) vulgaris.

Spec. 79. *Corvus frugilegus* Linn. — Grafio teste prope Petropolin haud rarus. — Prope Helsingfors ineunte Aprili (inde ab 8—14) quotannis apparet.

FAM. *STURNIDAE*.Genus *Sturnus* Linn.

Spec. 80. *Sturnus vulgaris* Linn. — In provincia Petropolitana hucusque rarius in insula Petrowski tamen a Grafio semel gregarius observatus. Prope Helsingfors et in domibus vasis et arboribus excavatis nidificans exeunte Martio vel ineunte Aprili vestimento hiemali indutus apparens.

Genus *Merula* Briss.

Spec. 81. *Merula rosea* Briss. — Quum haec avis in Fennia adeo, nominatim in sylva Waktrik prope Wasam, igitur in regione magis boream versus sita quam Petropolitana (cf. Förteckn. p. 9. Sadel. Faun. p. 30, n. 4) sit observata et in Curlandia quoque reperta conjicere licet etiam in provincia Petropolitana interdum hospitare vel hospitasse.

Genus *Troglodytes* Koch.

Spec. 82. *Troglodytes parvulus* Koch. — In provincia Petropolitana sparsim occurrit. In Fennia (Förteckn. p. 11) pariter observatus.

Genus *Certhia* Linn.

Spec. 82. *Certhia familiaris* Linn. — In provincia Petropolitana teste Grafo satis vulgaris. Fenniae haud deest cf. Sadel. Faun. p. 20 et Förteckn. p. 11.

Genus *Cinclus* Bechst.

Spec. 84. *Cinclus aquaticus* Briss. — Prope Petropolin imo adeo in ipsius metropolis ditone e. c. in insula Petroffski observatus, imo adeo haud rarus. In Fenniae quibusdam locis (Kutoa et Tangerfors) hiemie adeo a Wrightio observatus.

Genus *Anthus* Bechst.

Spec. 85. *Anthus rupestris* Nils. — In Scopulis mari affnibus.

Spec. 86. *Anthus pratensis* Linn. — In provincia Petropolitana. In Ladogae ripis a Liljeborg (Naumannia II, p. 98) observatus. Prope Helsingfors inde ab initio Aprilis ad serum usque autumnum.

Spec. 87. *Anthus arboreus* Bechst. — Prope Helsingfors vulgaris, sed specie antecedente serius apparet citiusque migrat.

Genus *Motacilla* Linn.

Spec. 88. *Motacilla alba* Linn. — In provincia Petropolitana frequentissima.

Prope Helsingfors medio Aprili apparet et Octobris fine vestimento hiemali induta evanescit.

Spec. 89. *Motacilla flava* Linn. — *Motacilla flaveola* Pall. — *Motacilla neglecta* Gould. — Specie antecedente in provincia Petropolitana vix minus frequens.

FAM. *TURDINAE*.Genus *Oriolus* Linn.

Spec. 90. *Oriolus Galbula* Linn. — Prope Petropolin quotannis sed sparsius invenitur.

Genus *Turdus* Linn.

Spec. 91. *Turdus iliacus* Linn. — Migrationis tempore tantum autumnno praesertim cum aliis Turdis Petropoli observatus. Prope Helsingfors Aprili apparet Wright. l. l. n. 56.

Spec. 92. *Turdus musicus* Linn. — Migrationis tempore autumnno praesertim in provincia Petropolitana frequentissimus. Prope Helsingforsiam apparet Aprili (Wright. l. l. n. 55).

Spec. 93. *Turdus pilaris* Linn. — In provincia Petropolitana migrationis autumnalis tempore cum antecedente frequentissimus.

Prope Helsingforsiam admodum frequens et saepius per totum annum conspicuus (Wright. l. l. n. 54).

Spec. 94. *Turdus viscivorus* Linn. — In provincia Petropolitana autumnno haud quidem rarus, sed speciebus duabus antecedentibus minus frequens, quod etiam Wrightio teste (l. l. n. 53) de regione Helsingforsiana valet.

Spec. 95. *Turdus Merula* Linn. — Species nostra in Provincia Petropolitana solitaria. — Prope Helsingforsiam secundum Wrightium l. l. n. 57 vere et autumnno pariter specimina singula apparent.

Genus *Accentor* Bechst.

Spec. 96. *Accentor modularis* Bechst. Linn. — *Motacilla modularis* Linn. — In provincia Petropolitana sparsim occurrit et interdum etiam in caveis fori aviarii Petropolitani invenitur. — Prope Helsingforsiam (Wright. l. l. n. 78) saepius Semptembris fine quam vernali tempore est observatus.

Genus *Salicaria* Selby.

Spec. 97. *Sylvia arundinacea* Briss. — Grafius in catalogo Mss. avibus Petropolitanis adnumerat hancce speciem in Fennia hucusque nondum observatam.

Spec. 98. *Salicaria palustris* Bechst. — In Provincia Petropolitana sicuti specimen in Museo Academico servatum testatur. In avium Fennicarum Catalogis deest.

Spec. 99. *Salicaria phragmites* Bechst. — In Provincia Petropolitana sicuti specimen ab Hoeffnero Museo Academico donatum testatur. Inter aves Fennicas non enumerata.

Spec. 100. *Salicaria aquatica* Lath. — *Sylvia schoenobaenus* Scop. — In Provincia Petropolitana haud deest, sicuti specimen in Museo Academico servatum probat. Prope Helsingfors in omnibus arundinetis marinis (Wright. l. l. n. 76).

Genus *Regulus* Raj. Koch.

Spec. 101. *Regulus cristatus* Koch. — *Regulus flavicapillus* Naum. — In Provincia Petropolitana satis frequens. Prope Helsingfors pariter observatus.

Spec. 102. *Regulus ignicapillus* Brehm. — In Grafi catalogo etiam haecce species avibus Petropolitanis adnumeratur.

Genus *Ficedula* Koch.

Spec. 103. *Ficedula hypoleis* Linn. — E provincia Petropolitana ab Hoeffnero Museo Academico benevole communicata.

Prope Helsingforsiam a Wrightio l. l. n. 72 rarius observata. Semel adeo cantum hujus aviculae incolae hujus urbis pro cantu lusciniæ habuerunt.

Spec. 104. *Ficedula sibilatrix*. — Pariter ab Hoeffnero Museo Academico donata et in Provincia Petropolitana ab ipso occisa. A Wrightio prope Helsingforsiam semel tantum visa.

Spec. 105. *Ficedula trochilus* Linn. — *Ficedula fitis* Koch. Naum. — In Provincia Petropolitana, sicuti etiam secundum Wright prope Helsingforsiam haud rara.

Spec. 106. *Ficedula rufa* Lath. — *Sylvia abietina* Nils. — In Provincia Petropolitana sicuti specimina ab Hoeffnero occisa Museoque Academico donata testantur. Wrightius quoque prope Helsingforsiam haud raro praesertim migrationis tempore observavit et cantum eximium nidificationis tempore titillantem gryllinam quodammodo emittere exhibuit l. l. n. 75.

#### Genus *Sylvia* Penn.

Spec. 107. *Sylvia curruca* Lath. — Species in Provincia Petropolitana haud rara etiam prope Helsingforsiam (Wright. l. l. n. 68) vulgaris.

Spec. 108. *Sylvia atricapilla* Briss. — Grafius aliique prope Petropolin (Wrightius l. l. n. 65), Septembre prope Helsingforsiam invenerunt.

Spec. 109. *Sylvia cinerea* Briss. — Provincia Petropolitana et ditio Helsingforsiana hancee speciem satis frequenti copia offerunt.

Spec. 110. *Sylvia hortensis* Pennant. — In Provincia Petropolitana haud raro, ut specimina ab Hoeffnero etc. accepta in Museo Academico servata testantur. In Fenniae (Helsingforsiae) pratis reperit Wright l. l. n. 66. Inde a Petropoli ad Archangelum cum specie antecedente observavit Liljeborg (Naumann. II, 2, p. 95, n. 22).

#### Genus *Lusciola* Keys. Blas.

Spec. 111. *Lusciola philomela* Bechst. — Liljeborgii observationibus (Naumannia II, 2, p. 97) jamjam innotuit Sylviam philomelam (Motacillam Aëdontem Pallasii) inde a Petropoli ad Wuitegram esse visam, inter Petropolin et Novam-Ladogam autem in canalibus ripis sylvis frequentissime esse ab ipso repertam. Speciem nostram Petropoli variis locis occurrere omnibus ornithologis non fugit.

Subgenus *Cyanecula* Brehm.

Spec. 112. *L. suecica* Linn. Keys. Blas. — *Motacilla suecica* Linn. — In Provincia Petropolitana haud rara. A Wrightio l. l. n. 70 in hortis et campis prope Helsingforsiam Septembre observata.

Subgenus *Erythacus* Swains.

Spec. 113. *L. Rubecula* Linn. Keys. Blas. — In provincia Petropolitana praesertim autumnno haud rara. Wrightius l. l. n. 69 refert prope Helsingforsiam vulgarem esse reliquisque Sylviis non solum citius advenire sed tardius migrare.

Subgenus *Ruticilla* Brehm.

Spec. 114. *L. Phoenicurus*. — In Provincia Petropolitana satis vulgaris. Helsingforsiae auctore Wrightio advcnit fine mensis Aprilis et vestimento hibernali indutus Septembre evanescit.

Genus *Saxicola* Bechst.

Spec. 115. *Saxicola Rubetra* Linn. — In provincia Petropolitana observata ut jam omni jure observavit Liljeborg (Naumannia II. 2. p. 97). Helsingforsiam teste Wright *Saxicola oenanthe* serius apparet.

Spec. 116. *Saxicola rubicola* Linn. — Grafius in avium Petropolitano catalogo etiam hancce speciem enumerat.

Spec. 117. *Saxicola oenanthe* Linn. — In provincia Petropolitana haud rare et ab omnibus ornithologis et ornithophilis observata. — Helsingforsiae ante Aprilis dimidium apparet et vestimento hiberno indutus Septembre migrat (Wright. l. l. n. 63).

Genus *Lanius* Linn.

Spec. 118. *Lanius excubitor* Linn. — *Lanius major* Pall. — In Provincia Petropolitana parum frequens sed in omnibus Avium Petropolitano collectionibus obvius. — Wrightio teste prope Helsingfors saepius autumnno quam vere observatus.

Spec. 119. *Lanius collurio* Linn. — In Provincia Petropolitana specie antecedente frequentior.

Spec. 120. *Lanius minor* Gmel. — *Lanius vigil* Pall. — Prope Helsingfors teste Wright (l. l. n. 52) semel tantum occisus.

Genus *Muscicapa* Linn.

Spec. 121. *Muscicapa grisola* Linn. — Generis specierum in Provincia Petropolitana frequentissima etiam prope Helsingfors admodum vulgaris Septembris fine migrans.

Spec. 122. *Muscicapa parva* Bechst. — Museum Academicum nonnulla specimina prope Petropolin occisa Dr. Hoeffnero debet. In Fennicarum avium enumerationibus deest.

Spec. 123. *Muscicapa atricapilla* Linn. — *M. luctuosa* Temm. — Museum Academicum etiam hujus Speciei exemplaria nonnulla Petropölitana Doctori Hoeffner debet.

FAM. *HIRUNDINIDAE*.

Genus *Hirundo* Linn.

Subgenus *Chelidon* Boie.

Spec. 124. *Hirundo urbica* Linn. — In ipsa metropoli et in locis fere omnibus Provinciae Petropolitanae vulgaris. — Helsingforsiae initio Maji apparet et Septembre mi rat.

Subgenus *Hirundo* auct.

Spec. 125. *Hirundo rustica* Linn. — In Provincia Petropolitana vulgatissima quare etiam a Liljeborg (Naumannia II. 2. p. 94) prope Novam Ladogam observata cum specie antecedente. Helsingforsiae cum antecedente specie apparet et migrat. Anno 1844 et 1845 specimina nonnulla prope Helsingforsiam Octobre sunt observata.

Spec. 126. *Hirundo riparia* Linn. — In Provincia Petropolitana, nominatim a Liljeborg l. l. prope Novam Ladogam observata. In Fennia (cf. Sadelin Faun. p. 33, n. 3. Förteckn. p. 10) pariter inventa.

ORDO *COLUMBINAE*.

Genus *Columba* Linn.

Spec. 127. *Columba palumbus* Linn. — In Provinciae Petropolitanae variis locis sparsim observata. In Fennia (Wright. l. l. n. 110) pariter autumnno et vere rara\*).

Spec. 128. *Columba Oenas*. — In Provincia Petropolitana a Grafo occisa. Prope Helsingforsiam rara (Wright. l. l. n. 111).

ORDO *GALLINACEAE*.

FAM. *TETRAONIDÆ*.

Genus *Lagopus* Vieill.

Spec. 129. *Lagopus albus* Gmel. — *Tetrao Saliceti* Temm. — *Lagopus subalpinus* Nils. — In Provincia Petropolitana haud rarus. In Fennia (Sadel. p. 28, n. 4) nominatim etiam prope Helsingforsiam (Wright. l. l. n. 116).

\*) Liljeborg (Naumannia II. 2. p. 107 n. 72) prope Achangelopolin observavit.

Genus *Tetrao* Linn.

Spec. 130. *Tetrao urogallus* Linn. — In Provincia Petropolitana, sed olim frequentior.

In Fennia (Sadel. p. 28, n. 2. Förteckn. p. 12) nominatim prope Helsingfors (Wright. l. l. n. 114).

Spec. 131. *Tetrao tetrix* Linn. — In Provincia Petropolitana et Fennia cum specie antecedente sed quoad numerum hominum indagacionibus quotannis sensim sensimque deminutus.

Genus *Tetrastes* Keys. Blas.

Spec. 132. *Tetrastes Bonasia* Linn. — In Provinciae Petropolitanae et Fenniae sylvis.\*)

Genus *Starna* Bonap.

Spec. 133. *Starna cinerea* Briss. Bonap. — In Provincia Petropolitana. Prope Helsingforsiam nonnullis annis teste Wrightio l. l. n. 112 sparsim variis locis obvia.

Genus *Coturnix*.

Spec. 134. *Coturnix dactylisonans*. — In provincia Petropolitana sparsim nidificat (Hoeffner). In Fennia pariter observata (Sadel. p. 28, n. 6).

## ORDO GRALLATORES.

## FAM. OTIDAE.

Genus *Otis*.

Spec. 135. *Otis Tetrix* Linn. — Species vix Faunae Petropolitanae addicenda etiamsi specimina duo haud procul a metropoli (prope Kalamaijam et Pargolam) a Grafio sint occisa.

Observatio. Quum *Otis tarda* Linn. secundum Sadelin (Faun. Fenn. p. 27, n. 1) in paroecia Ostro Bothniae 1806 Julio semel sit occisa forsitan etiam in Provincia Petropolitana rarissime hospitat vel hospitavit.

## FAM. RALLIDAE.

Genus *Crex* Bechst.

Spec. 136. *Crex pratensis* Bechst. — In Provincia Petropolitana nec non in Fennia (Sadel. p. 26, Förteckn. p. 13, Wright. l. l. n. 148) satis vulgaris.

Genus *Ortygometra* Leach.

Spec. 137. *Ortygometra Porzana* Leach. Linn. — In Provincia

---

\*) Wrightius (l. l. n. 113) speciminum prope Helsingfors reperidorum pennas minus splendidas et largas esse annotat.

Petropolitana rarior. Ante aliquot annos prope Helsingforsiam occisa (Wright. l. l. n. 149).

Genus *Rallus* Linn.

Spec. 138. *Rallus aquaticus* Linn. — In Provincia Petropolitana a Grafio aliisque occisus. — In Fennia (Sadel. p. 26, n. 2) ubi tamen rarior videtur quum a Wrightio prope Helsingfors semel tantum sit observatus.

Genus *Gallinula* Briss.

Spec. 139. *Gallinula chloropus* Linn. — In Provincia Petropolitana a Grafio occisa. In Fennia ut videtur rara. Prope Helsingforsiam enim 22. Maji die anni 1842 semel tantum prope Kirkled detecta (Wright. l. l. n. 150).

Genus *Fulica* Linn.

Spec. 140. *Fulica atra* Linn. — Observavi nonnulla specimina in Provincia Petropolitana enecata. Secundum Wright. (l. l. n. 151) prope Helsingforsiam anno 1846 et 1847 specimina avis nostrae singula acquisivit.

FAM. *GRUIDAE*.

Genus *Grus* Pall.

Spec. 141. *Grus cinerea* Bechst. — *Grus vulgaris* Pall. — In Provincia Petropolitana ubi nidificat non solum ferus, sed cicuratus invenitur et migrationis vernalis et autumnalis tempore frequentissime advolat, quod quidem etiam de Fennia valet. Prope Helsingfors (Wright. l. l. n. 125) pariter nidificat.

FAM. *CHARADRIIDAE*.

Genus *Vanellus* Briss.

Spec. 142. *Vanellus cristatus* Meyer et Wolf. — Sparsius prope Petropolin, nec non prope Helsingforsiam (teste Wright. l. l. n. 122) nidificat. Vere ibi citius et frequentiori numero apparet.

Genus *Squatarola* Cuv.

Spec. 143. *Squatarola helvetica* Brisson. — In Provincia Petropolitana haud rara imo aestate occisa, a Wrightio prope Helsingfors 7. Junii die observata.

Genus *Charadrius* Linn.

Spec. 144. *Charadrius pluvialis* Linn. — In provincia Petropolitana non solum migrationis vernalis et autumnalis tempore vulgatissimus, sed etiam aestate obvius. Prope Helsingfors a Wrightio (l. l. n. 120) migrationis tempore observatus.

Genus *Eudromias* Boie.

Spec. 145. *Eudromias Morinellus* Linn. Boie. — *Charadrius Morinellus* Linn. — Migrationis tempore prope Petropolin, sicuti in ditione Helsingforsiana teste Wrightio (l. l. n. 119) observatur.

Genus *Aegialites* Boie.

Spec. 146. *Aegialites cantianus* Boie. — *Charadrius cantianus* Lath. — In Provincia Petropolitana ut specimina in Museo Academico servata testantur a Grafo alliisque occisus. In Fennia hucusque nondum observatus.

Spec. 147. *Aegialites curonicus* Boie. — *Charadrius curonicus* Besecke. — *Charadrius minor* Meyer et Wolf. — In Provincia Petropolitana haud rarus ut specimina bina in Museo Academico servata testantur. Liljeborg in Ladogae ripis observavit (Naumannia II, p. 107, n. 78). In Fennia *Charadrius hiaticula* frequentior (Wright. l. l. n. 117 et 118).

Spec. 148. *Aegialites hiaticula* Boie. — *Charadrius hiaticula* Linn. — In Provincia Petropolitana satis vulgaris et a Liljeborg prope Novam Ladogam observata prope Helsingforsiam specie antecedente rarior (Wright. l. l. n. 117).

Genus *Strepsilas* Illiger.

Spec. 149. *Strepsilas interpres* Illiger. — *Tringa interpres* Linn. — In Provincia Petropolitana migrationis tempore autumno et vere saepe occisa. Prope Helsingforsiam referente Wrightio (l. l. n. 123) in remotissimis scopulis marinis nidificat ita ut Julii initio modo laudato ornithologo pullos colore obscuro imbutos observare licuerit.

Genus *Haematopus* Linn.

Spec. 150. *Haematopus Ostralegus* Linn. — In provincia Petropolitana haud rarus et in litoribus marinis nidificans. Prope Helsingfors haud vulgaris.

## FAM. SCOLOPACIDAE.

Genus *Totanus* Briss. Bechst.

Spec. 151. *Totanus glottis* Linn. — In Provincia Petropolitana haud rarus et ut videtur etiam nidificans. Prope Helsingfors teste Wright. (l. l. n. 141) haud magna copia autumno observatus.

Spec. 152. *Totanus stagnatilis* Bechst. — *Scolopax Totanus* Linn. — Specimina prope Petropolin vere occisa in Museo

Academico servatur. In Fenniae avium catalogis a Sadelino et Wrightio exhibitis deest.

Spec. 153. *Totanus fuscus* Briss. — Specimina duo prope ipsam metropolin vere reperta in Museo Academico servatur. — Fenniae haud deest (cf. Sadelin Addit. ad. p. 25 et Förteckn. p. 13). Prope Helsingfors referente Wrightio (l. l. n. 138) praesertim migrationis tempore et quidem autumnis primo Augusti dimidio nec non vere medio Maji vestimento aestivali indutus observabatur.

Spec. 154. *Totanus Calidris* Linn. — In provincia Petropolitana haud rarus, prope Helsingforsiam species vulgatissima in scopulis marinis humilioribus nidificans (Wright. l. l. n. 139).

Spec. 155. *Totanus Glareola* Linn. — In provincia Petropolitana satis numerosus praesertim migrationis vernalis et autumnalis tempore. Sed verisimiliter etiam sparsim nidificat, quum olim etiam teste Wrightio (l. l. n. 140) prope Helsingforsiam copiose adeo nidificaret.

Spec. 156. *Totanus ochropus* Bechst. — *Tringa ochropus* Linn. — In provincia Petropolitana non solum prope ipsam metropolin, ut specimen in Museo Academico servatum testatur, sed etiam prope Novam Ladogam a Liljeborg (Naumannia II, p. 109, n. 86) est observatus.

#### Genus *Actitis* Boie.

Spec. 157. *Actitis hypoleucos* Boie. — *Tringa hypoleucos* Linn. — Prope Petropolin haud rarus ita ut plura specimina Petropolitana videre licuerit.

#### Genus *Phalaropus* Briss.

Spec. 158. *Phalaropus cinereus* Briss. — *Tringa hyperborea* Linn. — In ipsa quidem Provincia Petropolitana quantum scio nondum est repertus, quum autem anno 1847 Junio in Fenniae scopulis sit observatus (Wright. l. l. n. 152) nostris regionibus migrationis tempore vix alienus videtur.

#### Genus *Limosa* Linn.

Spec. 159. *Limosa rufa* Linn. — In provincia Petropolitana non solum frequentius migrationis tempore sed aestate adeo nidificans. Prope Helsingforsiam rarius inveniri Wrightius (l. l. n. 142) auctor est.

#### Genus *Machetes* Cuv.

Spec. 160. *Machetes pugnax* Cuv. — *Tringa pugnax* Linn. —

In provincia Petropolitana inde a vere ad autumnum satis frequens migrationisque tempore frequentissima. Museum Academicum specimina Petropolitana numerosa ptilosi nuptiali induta possidet.

Observ. *Calidris arenaria* nec in Provincia Petropolitana nec in Fennia hucusque reperta, quod quidem mirum omnino videtur.

Genus *Tringa* Linn. (e. p.)

Spec. 161. *Tringa canutus* Linn. — *Tringa islandica* Gm. — In Provincia Petropolitana migrationis saltem tempore, ut specimina in Museo Academico servata testantur, observata, prope Helsingfors autumnum rarius visa (Wright. l. l. n. 133).

Spec. 162. *Tringa subarquata* Gldenst. — *Tr. falcinella* Pall. — Prope Petropolin vere et autumnum inventa, prope Helsingforsiam annis ultimis minus frequens (Wright. l. l. n. 130).

Spec. 163. *Tringa alpina* Linn. — *Tringa cinclus* Linn. — *Numenius variabilis* Bechst. — In provincia Petropolitana migrationis tempore. Prope Helsingforsiam autumnum primis gelationibus exortis (Wright. l. l. n. 131).

Spec. 164. *Tringa Temminckii* Leisler. — In provincia Petropolitana migrationis tempore. Prope Helsingforsiam autumnum (Wright. l. l. n. 134).

Spec. 165. *Tringa minuta* Leisler. — Cum antecedente, sed frequentior in provincia Petropolitana nec non prope Helsingforsiam (Wright. l. l. n. 133).

Genus *Limicola* Koch.

Spec. 166. *Limicola pygmaea* Koch. — *Tringa platyrhyncha* Temm. — Prope Petropolin specimina singula hujus avis in Sibiria frequentioris sunt occisa et deinde Helsingforsiam anno 1841 vere tria specimina invenerunt. Qua de causa avibus Petropolitanis genuinis aegre adnumeranda.

Genus *Scolopax* Linn.

Subgenus *Ascalopax* Keys. Blas.

Spec. 167. *Scolopax gallinula* Linn. — In provincia Petropolitana sparsim obvia. Faunulae ornithologicae Helsingforsianae avibus rarissimis a Wrightio adnumerata (l. l. n. 146).

Spec. 168. *Scolopax Gallinago* Linn. — In Petropolitana Provincia reliquis speciebus frequentior. Prope Helsingfors non admodum frequens (Wright. l. l. n. 143).

Spec. 169. *Scolopax major* Gmel. — Provincia Petropolitana aestate sat magnam hujus speciei copiam alit.

Subgenus *Scolopax* Linn. s. strict.

Spec. 170. *Scolopax rusticola* Linn. — Habitat satis frequens non solum in Provincia Petropolitana sed a Grafio adeo in ipsa metropoli (insula Petroffski) est occisa.

Genus *Numenius* Briss.

Spec. 171. *Numenius Phaeopus* Linn. — In Provincia Petropolitana nec non teste Wrightio (l. 1. n. 129) prope Helsingforsiam specie sequente rarior.

Spec. 172. *Numenius Arquata* Briss. — *Scolopax arquata* Linn. — In provincia Petropolitana nec non (teste Wright. l. 1. n. 128) frequenter nidificat.

#### FAM. ARDEIDÆ.

Genus *Ardea*.

Spec. 173. *Ardea cinerea* Linn. — In Provincia Petropolitana a Liljeborg prope Novam Ladogam primum observata (cf. Naumannia II, p. 109, n. 91). Sadelinus (Faun. Fenn. p. 25, n. 2) avibus Fenniae adnumerat.

Spec. 174. *Ardea stellaris* Linn. — In provincia Petropolitana haud procul a metropoli quotannis pluris occisa nec non a Liljeborg (Naumannia II, p. 109) prope Novam Ladogam observata. Faunae Helsingforsianae quidem Wrightius haud adnumeravit, etiamsi Sadelinus p. 25, n. 3. Fenniae avium catalogo inseruerit.

Observ. Referente Wosnesenskiio prope Ladogam etiam *Ardea alba* (verisimiliter *Garzettæ*) specimen est occisum, quod ipsi videre contigit.

Genus *Ciconia* Briss.

Spec. 175. *Ciconia nigra* Linn. — In provincia Petropolitana sparsim occurrit. Wrightius prope Helsingforsiam bis observavit (l. 1. n. 127).

Spec. 176. *Ciconia alba* Linn. — *Ciconia alba* in provincia Petropolitana quidem quantum innotuit non est observata forsitan tamen nonnumquam advolat quum teste Wrightio (l. 1. n. 127) in ditone Helsingforsiana semel vere (prope Borgo) sit occisa.

Observat. Quum *Platulea leucorodia* in Lithuaniae paludosis nidificans in Fennia secundum Sadelin (Faun. Fenn. p. 25) sit observata forsitan etiam rarissime in provincia Petropolitana

apparet etiamsi hucusque ornithologorum et ornithophilorum Petropolitano nemo viderit.

## ORDO NATATORES.

### FAM. ANATIDÆ.

#### Genus *Cygnus* Bechst.

Spec. 177. *Cygnus musicus* Bechst. — *Cygnus olor* Pall. — In provincia Petropolitana ferus praesertim migrationis tempore et cicuratus in Hortis Imperialibus. Helsingforsiae migrationis autumnalis tempore per dies aliquot degit Wright. l. l. n. 164).

Spec. 178. *Cygnus Bewickii* Yarell. — *Cygnus olor* var. *minor*. Prope Petropolin quantum scio nondum observatus prope Helsingfors tamen referente Wrightio l. l. n. 165 occisus. Qua de causa migrationis tempore Provinciae Petropolitanae vix deest.

Observatio. *Cygnus olor* seu *gibbus* migrationis tempore in Provincia Petropolitana numquam observatus.

#### Genus *Anser* Briss.

##### Subgenus *Anser* auct.

Spec. 179. *Anser albifrons* Penn. — In Provincia Petropolitana transmigrat ipsoque hocce spatio interdum occiditur. Vere in scopulorum marinorum prope Helsingforsiam obviorem locis nonnullis dies aliquot degit (Wright. l. l. n. 168).

Spec. 180. *Anser segetum* Gmel. — Migrationis tempore haud raro prope Petropolin (e. o. prope Systerbeon) occiditur. Wrightius prope Helsingfors semel tantum vere observatum esse refert (l. l. n. 167).

Spec. 181. *Anser cinereus* Meyer et Wolf. — *Anas Anser* Linn. — Migrationis tempore hucusque in Provincia Petropolitana antecedente specie rarius observata et occisa. Wrightio teste l. l. n. 166) vere sparsim prope Helsingforsiam occurrit, imo adeo parva nonnulla in Scopulis marinis nidificare dicuntur.

##### Subgenus *Bernicla* Briss. Steph.

Spec. 182. *Anser Brenta* Pall. — *Anas torquata* Belon. — *A. Bernicla* Linn. — Migrationis tempore prope Petropolin hucusque rarius occidebatur. Wrightius affert prope Helsingforsiam vere degere et interdum adeo ad huc Junio mense observari (l. l. n. 170).

Spec. 183. *Anser leucopsis* Bechst. — *Anser Bernicla* Pall. Zoogr. — Migrationis tempore in provincia Petropolitana spe-

cimina singula fere quotannis occiduntur, quod quidem Helsingforsiae (referente Wright. l. l. n. 169) pariter fit.

Observ. *Anser hyperboreus* et *rujicollis* hucusque in provincia Petropolitana haud occisi.

Genus *Anas* Linn. e. p.

Subgenus *Vulpanser*.

Spec. 184. *Anas Tadorna* Linn. — Specimen unicum in provincia Petropolitana occisum observare mihi contigit. Wrightio (l. l. n. 171) teste in scopulis marinis ab Helsingforsia remotioribus, nominatim in Insulis Alandicis nidificare dicitur.

Subgenus *Mareca*.

Spec. 185. *Anas Penelope* Linn. — Anatum speciebus in Provincia Petropolitana per totum aestatem frequentioribus adnumeranda. Paria quoque nonnulla prope Helsingfors nidificant (Wright. l. l. n. 175).

Subgenus *Cyanopteros* Eyton.

Spec. 186. *Anas Querquedula* Linn. — In Provincia Petropolitana sparsim occisa prope Novam Ladogam secundum Liljeborgium (Naumannia II, p. 109, n. 104) haud vulgaris. Vere referente Wrightio l. l. n. 176 his illisve locis prope Helsingforsiam visa.

Subgenus *Dafila* Leach.

Spec. 187. *Anas acuta* Linn. — Species Provinciam Petropolitanam inde a primo vere ad autumnum usque frequenti copia habitans a Liljeborgio (Naumannia l. l. n. 106) prope Novam Ladogam frequenter observata etiam prope Helsingforsiam in scopulis marinis, frequentius tamen in terra firma nidificans (Wright. l. l. n. 174).

Subgenus *Anas*.

Spec. 188. *Anas Boschas* Linn. — Anatum genuinarum fere frequentissima a Wrightio prope Novam Ladogam observata (Naumannia II, p. 109, n. 102). Prope Helsingforsiam vere interdum aquis nondum apertis apparet et Octobre vestimento hiemali induta migrat (Wright. l. l. n. 173).

Subgenus *Querquedula*.

Spec. 189. *Anas Crecca* Linn. — In Provincia Petropolitana, nominatim etiam observante Liljeborgio (Naumannia l. l. n. 103) prope Novam Ladogam vulgaris. In regione Helsingforsiana

pariter frequenti numero nidificat. Mares inde a medio Julio sonum non amplius edere dicuntur (Wright. l. l. n. 177).

Subgenus *Rhynchaspis* Leach.

Spec. 190. *Anas chrypeata* Linn. — In metropoleos vicinio rarior videtur quum mihi ipsi viginta annorum spatio specimina nonnulla tantum videre licuerit. Prope Novam Ladogam tamen satis vulgarem esse Liljeborg (Naumannia l. l. n. 107) exhibuit. In regione Helsingforsiana vere teste Wright. l. l. n. 172 frequentior apparuit quam aliis anni temporibus, ita ut in universum solitaria ab ipso dicatur.

Genus *Fuligula*.

Subgenus *Oidemia*.\*)

Spec. 191. *Fuligula fusca* Linn. — In provincia Petropolitana pluries occisa. In Scopulis marinis prope Helsingforsiam obviis vulgaris Wright. l. l. n. 181.

Spec. 192. *Fuligula nigra* Linn. — In Provincia Petropolitana sparsim observata. Prope Helsingforsiam vere tantum est observata Wright l. l. n. 182.

Subgenus *Glaucion*.

Spec. 193. *Fuligula Clangula* Linn. — Provinciae Petropolitanae Anatidum speciebus frequentioribus adnumeranda. In scopulis marinis prope Helsingfors nidificat (Wright. l. l. n. 183).

Subgenus *Harelda*.

Spec. 194. *Fuligula glacialis* Linn. — In Provincia Petropolitana Fuligularum frequentissima non solum in Sinus Fennici oris, sed etiam in Newa flumine donec glacie prorsus

---

\*) E subgeneris *Somateriae* speciebus *Somateria mollissima* teste Wright. (l. l. n. 186) in insulis remotioribus ditionis Helsingforsianae est observata ibique Majo apparuit. Pulli anno secundo jam referente eodem vestimentum nuptiale induunt. — *Somateriae spectabilis* specimina tria quindecim annorum spatio in tractu Helsingforsiano teste Wright l. l. n. 188 occidere contigit cf. etiam Wright. Act. Societ. Fenn. 1841, T. II, p. 751. — *Fuligula Stelleri* per aliquod annos prope Helsingforsiam (cf. Falck Act. Societat. Fenn. II, p. 61) inveniebatur ita ut plura specimina vario vestimento sint occisa, annis recentioribus teste Wright. l. l. p. 35 Anm. (hominum forsitan industria) evanuit, *Fuligulam mollissimam* et *Stelleri* in foro aviario Petropolitano venatens vidit Grafius e borealibus regionibus (Archangelopoli?) verisimiliter allatas.

sitoblecta variis locis observanda primo vere glacie vix abrupta apparens et frequentissime apud nos nidificans, Saporis ingratisissimi. Prope Helsingforsiam referente Wrightio l. l. n. 185 avium aquaticarum vulgatissima.

Subgenus *Fuligula*.

Spec. 195. *Fuligula Marila* Linn. — Plura specimina variis annis in Provincia Petropolitana acquisita observare contigit. Liljeborg prope Novam Ladogam invenit (Naumannia II, p. 110, n. 113).

Spec. 196. *Fuligula cristata* Raj. — In Provincia Petropolitana vix rara variisque annis observata. Prope Helsingforsiam in lacubus nidificat. Quinto Septembris die pullorum corporis dimidia pars colorem obscurum obtulit (Wright. l. l. n. 178).

Spec. 197. *Fuligula ferina* Linn. — Museum Academicum plura hujus speciei exemplaria Provinciae Petropolitanae originem debentia accepit. Liljeborg (Naumannia II, p. 110, n. 114) prope Novam Ladogam satis vulgarem esse exhibet. Wrightius prope Helsingforsiam vere par unicum tantum plurium annorum spatio observavit (l. l. n. 180).

Observ. Praeter Fuligularum species supra allatas forsitan etiam *Fuligula nyroca* Provinciae Petropolitanae incolis in posterum erit adnumeranda, quum Blasius (Reise I, S. 95) in lacu Onega, igitur in regione adeo magis boreali, nidificantem invenerit. *Fuligula rufina* vero in foro aviario Petropolitano a Grafo semel acquisita in Provincia Petropolitana hospitare tantum interdum videtur.

Genus *Mergus* Linn.

Subgenus *Merganser* Briss.

Spec. 198. *Mergus merganser* Linn. — In Provincia Petropolitana specie sequente rarior. Etiam prope Helsingforsiam ineunte vere haud frequens Wright. l. l. n. 189.

Spec. 199. *Mergus serrator* Linn. — Generis specierum Faunae Petropolitanae frequentissima. Prope Helsingforsiam pariter copiosissimus et Octobre vestimento aestivali Majo mense jam induto adhuc vestitus. Wright. l. l. n. 190.

Subgenus *Mergus* Linn.

Spec. 200. *Mergus albellus* Linn. — In Provincia Petropolitana passim habitat. Prope Helsingforsiam referente Wrightio

(l. l. n. 191) vere his allisve locis invenitur in aquarum locis apertis hiemali tempore adeo conspicuus.

FAM. *STEGANOPODES* seu *PELICANIDÆ*.

Genus *Carbo* Gesn. Meyer.

Spec. 201. *Carbo Cormoranus* Meyer. — *Pelecanus Carbo* Linn. — In Provincia Petropolitana sparsim habitare videtur, variis saltem annis in foro aviario Petropolitana specimina recenter occisa autumnis invenire licet. Prope Narvam necavit Grafius. In Fennia pariter repertus cf. Förteckn. p. 15.

Observatio. *Pelecanus Onocrotalus* anno 1838 in Fenniae Parochia Karis occisus probare videtur hancee speciem rarissime in Provinciam Petropolitanam forsitan transvolare Fenniae l. l. magis australem, etiamsi hucusque apud nos a nemine sit observata.

FAM. *PODICIPIDÆ*.

Genus *Podiceps* Lath.

Subgenus *Sylbeocyclus* Bonap.

Spec. 202. *Podiceps minor* Lath. — Grafius in ipsa metropoli in insula Petroffski specimen singulum acquisivit. In Fenniae avium catalogis publicatis deest.

Subgenus *Podiceps*.

Spec. 203. *Podiceps cornutus* Lath. — In provinciae Petropolitanae variis locis detectus in Fennia pariter observatus nominatim vernali tempore Wright. l. l. n. 195.

Spec. 204. *Podiceps subcristatus* Jacq. — *Podiceps rubricollis* Lath. — Quum haec avis non solum a Sadelino (Faun. Fenn. p. 23, n. 5) sed etiam in Societatis pro Flora et Fauna Fennica catalogo (Förteckn. p. 15) Fenniae avis adnumeretur et a Wrightio l. l. n. 194 vere prope Helsingforsiam sit observata vix dubitare possumus quum in ipsa Provincia Petropolitana quoque habitet.

Spec. 205. *Podiceps cristatus* Lath. — *Colymbus cristatus* Linn. — Specierum generis in Provincia Petropolitana frequentissima saepius enim specimina ejus comparare mihi contigit. Prope Helsingforsiam pariter congeneribus frequentior. Mas feminae materias nido construendo aptas apportat.

FAM. *COLYMBIDÆ*.

Genus *Colymbus* Linn.

Spec. 206. *Colymbus arcticus* Linn. — In provincia Petro-

politana migrationis tempore frequentissimus, aestate sparsim nidificans et teste Liljeborg (Naumannia II, p. 109) prope Novam Ladogam haud frequens. Quod quidem referente Wright. l. l. n. 196 etiam de regione Helsingforsiana valet.

Spec. 207. *Colymbus septentrionalis* Linn. — In provincia Petropolitana nec non in Fennia praesertim migrationis tempore observatus.

Observatio. *Alcidarum* Familiae species nulla in provincia Petropolitana quantum scimus hucusque ne hospitavit quidem, etiamsi Wrightius l. l. n. 198 et 199 afferat, *Uriam Gryllen* prope Helsingforsiam parum frequenter inveniri *Alcamque Tordam* rarissime apparere et per ipsum autumnum restare, Sadelinusque exhibeat Faun. Fenn. p. 24, n. 2. *Fraterculam arcticam* rarissime ad Fenniae oras aberrare, deinde etiamsi Graffio in foro aviario Petropolitano *Uriae Troiles*, *Brünnichii*, *Alcae Tordae* et *Mergules Alles* specimina veresimile ab Archangelopolitanis allata acquirere contigerit. — *Tubinarium* Familiae species nulla nec in Provincia Petropolitana, nec in Fenniae oris, sicuti avium Fennicarum catalogi testantur, hucusque est observata.

#### FAM. LONGIPENNES.

##### Genus *Lestris* Ill.

Spec. 208. *Lestris Pomarinus* Temm. — Graffius anno 1834 specimen unicum in Lachta occidit.

Spec. 209. *Lestris parasita* Brünn. — Prope Petropolin rarius occurrit. In regione Helsingforsiana pariter rarissime in mari alto observatus Wright. l. l. n. 163.

##### Genus *Larus* Linn.

Spec. 210. *Larus minutus* Pall. — *L. atricilloides* Falck. — Prope Novam Ladogam igitur in Provincia Petropolitana a Liljeborg (Naumannia II, p. 110, n. 125) frequenter observatus, prope metropolin ipsam tamen nondum visus.

Spec. 211. *Larus ridibundus* Linn. — Prope Novam Ladogam pariter a Liljeborgio l. l. n. 124, sed rarius observatus, prope Petropolin sparsim occisus. — Prope Helsingforsiam post abruptam glaciem paria singula sunt observata. Praeterlapsis temporibus prope Aboam et Wiburgum nidificavit (cf. Prytz de *Laro ridibundo* Aboae 1811).

Spec. 212. *Larus tridactylus*. — Solitarius in mari Baltico

observatus, haud sine haesitatione genuinis Faunae Petropolitanae membris adnumerandus.

Spec. 213. *Larus glaucus* Brünnich. — In Sinu Fennico a Falkio (Acta Soc. Fenn. 1847, p. 655) observatus immo adeo haud procul ab Helsingforsia, in cujus scopulis marinis juniores aves inveniuntur (Wright. l. l. n. 160) mare altum adultis minus appetentes.

Spec. 214. *Larus canus* Linn. — Provincia Petropolitana Larorum frequentissimus non solum in Sinu Finnico in cujus insulis haud raro nidificat, sed etiam in ipsa Newa secundum Liljeborg (l. l. n. 122) prope Novam Ladogam communis quotidie observandus. In Fennia (teste Wright. l. l. n. 157) pariter maxima copia degit.

Spec. 215. *Larus argentatus* Brünn. — In Fennico Sinu observatus prope Helsingforsiam vulgaris Wright l. l. n. 158.

Spec. 216. *Larus fuscus* Linn. — Sicuti species antecedens prope Petropolin sparsim occisus. — In mari Helsingforsiam alluente observandus (Wright. l. l. n. 162).

Spec. 217. *Larus marinus* Linn. — Quum in mari Helsingforsiam alluente reperiatur etiam Sinus Fennici partibus oras Provinciae Petropolitanae alluentibus vix deest, sed in ipsis verisimiliter saltem hospitat.

#### Genus *Sterna* Linn.

Spec. 218. *Sterna caspia* Pall. — Wrightius (l. l. n. 153) affert hujus speciei paria nonnulla quotannis in scopulis marinis Helsingforsianis nidulare. Merito igitur conjicere possumus hance speciem in Sinus Fennici locis Petropolitanam Provinciam ambientibus interdum hospitare.

Spec. 219. *Sterna Hirundo* Linn. — Generis Sterni specierum immo adeo fere Laridarum in Provincia Petropolitana frequentissima a Liljeborgio (Naumannia p. 111, n. 126) prope Novam Ladogam magna copia observata. Wrightio (l. l. n. 154) auctore prope Helsingforsiam vulgatissima, sed primo Augusti dimidio disparsens.

Spec. 220. *Sterna arctica* Temm. — *Sterna macroura* Naumann. — Quum prope Helsingforsiam sparsim sit occisa (cf. Wright l. l. n. 155) etiam in Sinus Fennici parte Petropolitana verisimiliter apparet.

Observatio. In Societatis pro Flora et Fauna Fennica avium enumeratione (i. e. Förteckn. p. 14) et apud Sadelinum (Faun. Fenn. p. 22, n. 2) *Sterna nigra* Fennicis avibus adnumeratur, forsitan etiam in Provincia Petropolitana apparet, etiamsi a nemine hucusque apud nos sit observata.

---

**Modest Bogdanow: Die Vögel des Kaukasus.  
Kasan 1879.**

Besprochen von **Herman Schalow.**

Bei Gelegenheit eines Vortrages, welchen ich im October 1878 während der Jahresversammlung unserer ornithologischen Gesellschaft in Berlin über die Fortschritte auf dem Gebiete der Ornithologie vom Jahre 1875 an bis zur Gegenwart, d. h. bis zum October des gedachten Jahres, gehalten, hatte ich meinem Bedauern Ausdruck gegeben, dass wir über ein Gebiet, welches sicherlich nicht zu den uninteressantesten der palaearktischen Region gehört, so gering unterrichtet seien, gering wenigstens in Bezug auf die Anforderungen, welche die jetzige ornithologische Wissenschaft an die Kenntniss eines Landes zu stellen geneigt ist. Die rein faunistischen Arbeiten, welche wir über die Avifauna des Kaukasus besitzen, datiren meist aus früherer Zeit und sind, mit Ausnahme der Veröffentlichungen E. Ménétrié's und Ed. Eichwald's, höchst fragmentarischer Art, ja das Wenige, welches in diesen Publikationen gegeben wird, lässt vielfach eine so verschiedenartige Deutung zu, dass ein auch nur annähernd klares Bild der Zusammensetzung der Vogelfauna jenes Gebirgslandes durch sie nicht erreicht wird. Es darf dies durchaus nicht als ein Vorwurf gegen jene Reisenden betrachtet werden, denen wir die ersten Arbeiten über das beregte Gebiet verdanken. Mit den ihnen zur Verfügung stehenden Mitteln haben dieselben das geleistet, was sie nach dem Stande der Entwicklung der zoologischen Wissenschaft in jenen Tagen leisten konnten. Allein die Mittheilungen derselben können der heutigen Zeit nicht mehr genügen, in welcher mannigfaltige Forschungen viele der an den Kaukasus grenzenden Gebiete